

## No. 1460. [1552.]

*Nomina domorum canonicalium et ministraciones et taxae illarum.*

Ne ignorantia quae mater est erroris de cetero alicui ex confratribus nostris in domorum taxis et pretiis nociva esse possit, nomina domorum cum earum taxis pro illis persolvendis breviter subiungimus. Prima est domus contigua domui episcopali, quae prius praepositura fuit, nunc autem propter novam extractam domum pro praeposito perpetuis temporibus mansura illa antiqua domus canonicalis effecta est. Taxa illius domus sunt quinquaginta aurei ungaricales, nihil ministrat ad ecclesiam. Illam nunc Bernhardus a Droschwitz inhabitat. Secunda est domus huic contigua e regione maioris ianuae ecclesiae quam nunc quidam faber lignarius inhabitat. Taxa illius sunt quinquaginta aurei ungaricales; nihil ministrat<sup>1)</sup>. Tertia est media inter domum decani et domum praepositi<sup>2)</sup>, quam nunc dominus Ieronimus a Comerstadt praepositus Budisnensis inhabitat. Taxa illius sunt nonaginta aurei ungaricales. Ministrat 1  $\beta$ . 12 gr. in die sanctae Elisabeth ad chorum pro praesentiis. Quarta est domus e regione domorum vicariarum sanctae trinitatis et habet transitum ligneum, quam nunc d. Joannes Rivius inhabitat. Taxa illius sunt quinquaginta aurei ungaricales; nihil ministrat. Quinta est huic contigua et est e regione chori ecclesiae s. Affrae, quam nunc possidet illustrissimus princeps ac dominus dominus Georgius ab Anhalt huius ecclesiae praepositus. Taxa illius sunt triginta aurei ungaricales; nihil ministrat. Sexta est huic contermina pusilla domus iuxta transitum, qua descenditur ad ecclesiam beatae Mariae virginis, quam nunc d. Joannes Caesar decanus Wurtznensis possidet. Taxa illius est quinquaginta aurei ungaricales; nihil ministrat. Septima est e regione ianuae ecclesiae s. Affrae, quam nunc possidet d. Nicolaus ab Ebeleben. Taxa illius sunt nonaginta aurei ungaricales; nihil ministrat. Octava est domus huic contigua maior domus canonicalis quam nunc inhabitat reverendissimus in Christo pater princeps ac dominus dominus Julius Pflug episcopus Numburgensis, huius ecclesiae decanus. Taxa illius sunt centum viginti aurei ungaricales; nihil ministrat. Nona est curia contermina monasterio s. Affrae, quam nunc inhabitant scholarchae apud s. Affram. Taxa illius sunt septuaginta aurei ungaricales; ministrat ad chorum XLVIII gr. in anniversario Lutoldi de Jorgewitz. Decima est etiam pusilla domus iuxta hortum altetenus, quam d. Otto a Bosen piae memoriae inhabitavit. Taxa illius sunt L aurei ungaricales; nihil ministrat. Undecima est curia iuxta fontem dictum der Walthersborn, quam nunc d. Henricus a Bunaw inhabitat. Taxa illius sunt septuaginta aurei ungaricales; ministrat ad chorum pro praesentiis 1  $\beta$ . 34 gr. Duodecima curia iuxta domus muros habet fontem ante fores, quam inhabitavit generosus dominus dominus Ernestus comes in Mansfeldt, qui nuper obiit<sup>3)</sup>. Taxa illius sunt 70 aurei ungaricales; ministrat ad chorum 1  $\beta$ . 12 gr. 3 h. in festo nativitatis Mariae, item 36 gr. in festo purificationis b. Mariae virginis. Tredecima est curia, quae respicit ecclesiam b. Mariae virginis tota super coemiterium ecclesiae illius prominens, quam nunc d. doctor Benno ab Heinitz scholasticus ac senior possidet. Taxa illius sunt centum et decem aurei ungaricales; nihil ministrat. Sunt praeterea duae domus canonicales, quarum una est contermina numero 13, quam nunc possidet nobilis quidam Nicolaus a Techwitz, altera est e regione huius, quam nunc nobilis quidam vulgo nominatus der von der Jhan inhabitat.

Nach dem Statutenbuche im Stiftsarchiv zu Meissen fol. 25 f. (Vgl. S. 313.)

1) *Faber lignarius* ist ausgestrichen, dafür am Rande von einer andern, jedoch noch dem 16. Jahrh. (dem Jahre 1552?) angehörigen Hand: „Nobilis dominus Nicolaus inhabitat. Taxam nondum persolvit.“ 2) Alles folgende ist von der eben genannten zweiten Hand. 3) Starb als Domprobst von Magdeburg während der Belagerung dieser Stadt zu Halberstadt im J. 1551.